



- 1 Baumgarten s. Sigm. Jac. s. meditatio-  
nes quardam de Genuina et Spuria  
edificatione spirituali Mediorum illius  
legitimis et illegitimis, Halle, 1747.
- 2 Brunings s. Christ. s. diff. de Christo  
triumphante, Heidelberg 1747.
- 3 Cloßen s. dieu. Sigm. s. diff. de Opere  
dei miraculoso, Gratioso et Glorioso  
in sanctis rediivis demonstrato,  
Francof. 1726.
- 4 Clauswitz s. Bened. Gottl. s. diff. de  
Spiritu Sancto Annabone, Halle, 1747.



ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRO-RECTOR  
D. FRIDERICVS WIDEBVRG

ELOQVENTIAE ANTIQVITATVM ET PHILO-  
SOPHIAE PROF. PVBL. ORDIN.

VNA CVM  
DIRECTORE CANCELLARIO

ET  
SENATV ACADEMICO OMNI  
FESTVM PASCHATOS

A. R. S. c1o1oCCxxxvii. D. II. APRILIS  
OMNI RELIGIONE CELEBRANDVM

INDICIT

PRAEMISSA COMMENTATIONE  
QVA

PVGNANTIA IN SPECIEM QVAE HARMO-  
NIAM HISTORIAE RESVRRECTIONIS IESV  
CHRISTI CIRCVMSTANT  
BREVITER EXPEDIVNTVR



---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII.







Ardua res est, & quæ rationi sibi relictae omni tempore offensioni fuit, mortuum esse *pro peccatis nostris*, quod Paulus (Rom. IV, 25.) testatur, *Iesum Christum, & propter iustitiam nostram resuscitatum*. Est utrumque rationi, si finem fructumque mortis & resurrectionis Christi expendas, ex æquo inperivium: sed si factum spectes, quod historia narrat, credi potest facilius, creduntque & ipsi Iudæi, occisum esse mortuumque Iesum Christum, verum hominem: longe vero difficilius, esse illum ad vitam resuscitatum: immo vero sua virtute surrexisset. Pertinet tamen & illud posterius ad fundamentum fidei vera cordis fiducia amplectendum (Rom. X, 10.). Est & hoc character veri Messiae in veteri testamento prædictus & in typis exhibitus: Est hoc factum illud singulare, miraculum a coelesti nuntio annuntiatum: ab ipsis custodibus sepulcri cum stupore agnitum: decem apparitionibus restitutum ad vitam Iesu Nazareni crucifixi confirmatum: visoque quingentorum hominum (I Cor. XV, 6.) comprobatum; ab apostolis & euangelistis enarratum, præconii (Act. I, 22. IV, 33. XVII, 18. Philipp. III, 10. II Tim. II, 8.) euangelici summa. Recensent resurrectionis huius historiam omnes Euangelistæ, inter quos Matthæus & Iohannes testes omnino ἀπόπτοι, quod ad verbum vitæ, filium nempe Dei Iesum Christum pertinuit, & quod viderunt, & manibus contrectarunt, ut Iohannes loquitur, (I Ioh. I, 1. 2. 3.) annunciarunt, & scripto prodiderunt. Non dissentiunt in iis, quæ caput causæ & præcipua resurrectionis huius momenta constituunt, historiæ euangelicæ de resurrectione Christi conditores.



tores. Quomodo enim dissentirent vno eodemque spiritu diuino, qui fallere fallique nescit, instructi afflatique testes fide dignissimi. Verum enim vero dissentiunt quandoque verbis, & in iis quæ facta circumstant, non malo indicio, quod nimirum nec ex composito in conscribenda hac historia conspirauerint, nec vnus alterum, quod factum esset, si iisdem circumstantiis eodem ordine, iisdemque verbis res narrauissent, exscripserit. Apparent ergo & in historia resurrectionis Iesu Christi, quemadmodum in tota recensione vitæ mortisque eius, quæ sibi videntur in speciem contradicere; quæque non tantum iudæi & gentiles, aperti veritatis christianæ oppugnatores, obiiciunt: sed quæ etiam illi, qui per cuniculos ad subruenda religionis christianæ fundamenta agunt, Naturalistæ, & huius generis homines in rem suam male verterunt. Hoc ergo omni tempore suum esse iudicantur veritatis christianæ defensores, vt, quæ inter se pugnare videntur historiæ resurrectionis Iesu Christi momenta, a diuersis Euangelistis recensita, conciliarent, omnemque suspicionem, quasi se mutuo tollerent, quæ discordant, amouerent. Testantur hoc tot scripta harmoniæ euangelicæ a), in quibus ad

- a) Recensent huius generis scripta *Nicol. Alardus* in Bibliotheca harmonico biblica Sect. III. c. 2. p. 71. *Io. Mich. Langius* in diss. prooemiali de potioribus harmoniarum euangelicarum scriptoribus Harmoniæ Io. Clerici Altorffii 1700. 4. editæ præfixa. *Io. Albert. Fabricius* Biblioth. græc Lib. IV. c. 5. § 20. p. 212. *Iac. le Long*. Bibl. S. Art. IX. *Christ. Matth. Pfaffius* in Introd. in histor. Theol. literariam P. I. Lib. I. § X p. 137. Inter scripta recentiora notari merentur *Io. Reinh. Rur* Harmonia Euangelistarum, qui iusti Commentarii loco esse queat, Jenæ 1727. in 8 Voll. 4. *Io. Anton. Strubbers* Harmonia euangelica manualis, Lemgo 1725. 8. *Io. Albr. Bengels* richtige Harmonie der IV. Evangelisten, Tübing 1736. 8. *Eberb. David Haubers* Gedancken und Anmerkungen über die ersten und letzten Lebensgeschichte Iesu Christi, Lemgo 1723. 8. *Ej. Harmonie der Evangelisten d. i. Uebereinstimmung und Vereinigung ihrer Beschreibungen des Lebens Iesu Christi*, Lemgo 1737. 8. maj. *Ej. Das Leben Iesu Christi von den IV. Evangelisten be-*  
*schrie-*



ad δυσώρητα & difficilia, quæ harmoniam historiæ resurrectionis Iesu Christi b) vel maxime premunt, enodanda scriptores omnem operam contulerunt. Nos iam breuiter hoc ipso fungemur officio totam rem in compendio, prout instituti nostri ratio hoc exigit, exhibituri, eo simul sine, vt interspersis sacris meditationibus, piisque hortationibus, legentium animos excitemus. Narrant primo euangelistæ, occasionem, qua factum, vt de Christi ad vitam restitutione piæ sceminae per angelicum nuncium instruerentur. Scilicet in eo occupabantur, vt sepul-

crum

*Schrieben und aus der vereinigten Erzählung derselben in einen kurtzen Auszug zusammen gezogen, Lemgo 1737. 8. mai. Ej. Harmonische Anmerkungen über das Leben Iesu Christi, Lemgo 1739. 8. Hrn. D. Io. Geo. Walchens Betrachtungen über das Leben Iesu Christi, darinnen die IV. Evangelisten, erkläret, die Uebereinstimmung, ihrer Erzählungen gezeigt, und wie sie zur Erbauung anzuwenden gezeigt wird, Jen. 1740. 4. D. Pauli Antonii harmonische Erklärung der IV. Evangelisten mit vielen Anmerkungen erläutert, herausgegeben von dem Hrn. Pastor Maier, Halac 1737. 8.*

- b) Pertinent huc scripta potissimum sequentia, in quibus ea, quæ ad Harmoniam historiæ resurrectionis spectant, euoluuntur, *Gerh. Io. Vossii Harmonia euangelica de passione, morte, resurrectione & ascensione Christi Libb. III. Amst. 1656. 4. Balbas. Bebelii dissert. historiam resurrectionis Christi secundum IV. Euangelistas congestam succinctis thesibus proponens, Argent. 1666. 4. Iac. Quandt de gestis Christi quadragesimalibus resurrectionem inter & ascensionem. Nic. Koepen de domini nostri Iesu Christi apparitionibus post resurrectionem earumque ordine, Gryphiswald. 1701. Mich. Christ. Rasmusmeyerii historia resurrectionis Christi secundum Mathæum explicata & harmonice cum narrationibus reliquorum euangelistarum collata 3. dissert. Gryphisw. 1734. 1735. D. Io. Iac. Rambachs Betrachtungen über die Geschichte der Aufersehung Christi, Frf. & Lips. 1743. Christ. Gottl. Eichleri harmonia apparitionum Christi rediuiui, Lips. 1737. I. C. E. Prüfung D. Haubers Harmonie der Evangelisten in den Geschichten der Aufersehung Christi. S. fortgesetzte nützliche Anmerk. über allerhand Materien T. I. p. 690. 711. Io. Iac. Ulrichs Wunder Historie des Leidens und Sterbens, Aufersehung und Himmelfahrt Christi, vt alios taceamus,*



crum, ad largius pervngendum corpus Christi mortui, visita-  
 rent. Coemerant hunc in finem parauerantque aromata & vn-  
 guenta. Discrepant statim in designando tempore, quo hoc  
 contigit, Evangelistæ Marcus (c. XVI, 1.) & Lucas (c. XXIII, 56.).  
 Siquidem videtur Lucas hoc factum cum ipso mortis Iesu & se-  
 pultura Christi die, vespera nempe diei veneris, quæ sabbathum  
 anteceffit, coniungere. Refert enim illo die, quem  
 Parasceres dicit, Luc. XXIII, 54. scæminas illas sepulcrum Christi  
 spectauisse v. 55. Tum vero inquit: *Et reuertentes parauerunt  
 aromata & unguenta: & sabbatho quidem siluerunt secundum  
 mandatum.* At vero inter ea, quæ post sabbathum contige-  
 runt, primo loco hæc Marcus recenset (c. XVI, 1.) inquit enim:  
*Et cum transisset sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi  
 & Salome emerunt aromata &c.* Videntur ergo hi duo in ipso  
 hoc die designando a se inuicem dissentire. Sed hæc ita expe-  
 diuntur. Testatur expressis verbis Marcus, quod διαγενομενὲς  
 σαββάτου sabbatho transacto aromata a scæminis his coemta fue-  
 rint: quod sub vesperam diei sabbathi, tempore, quo tum ter-  
 minabatur more Iudæorum sabbathum, omnino contigit. Hoc  
 ergo tempore aromata parauisse scæminas manifestum est. Ne-  
 que vero Lucas illo ipso tempore, quo monumentum Christi  
 contuebantur piæ matronæ, atque adeo die veneris, illas in vn-  
 guentis parandis operam suam collocauisse scribit, scribit autem:  
*ὑποστρέψασαι δὲ ἠτοήσασαν ἀρώματα καὶ μύρα.* Reuersa vero para-  
 uerunt aromata & unguenta. Atqui poterant reuersæ, quam-  
 vis non illo ipso statim Veneris die, sed post interiectum con-  
 summatumque sabbathum: quod sequentia docent: *Et sabbatho  
 quiesuerunt,* huiuscemodi scilicet operis manum admouere. Con-  
 firmat hanc nostram sententiam v. 54. *Et dies erat parasceres &  
 sabbathum illucescebat.* Erat scilicet illa pars diei veneris, quæ  
 post meridiem proxime sabbathum attingebat: quo tempore  
 abstinere iam solent ab externis operis Iudæi: imo sabbathum  
 illucescebat. *Ἐπιφωσὸς σαββάτου* (Luc. XXIII, 54.) sepultura  
 Christi



Christi vix peracta. Nullum ergo tum temporis spatium foeminae ad coemenda vnguenta relictum erat propter sabbatum, quod iam illucescebat. Fieri ergo non poterat, ut tum ante sabbatum pararent vnguenta: pararunt ergo post sabbatum, illo more Iudaeorum versus vesperam die saturni finito, ubi spatium emendis praeparandisque vnguentis satis amplum erat adhuc reliquum c). Sabbatho ex Marci recensioe finito: ne-

c) Tres alias viae se offerunt, quibus ad conciliandam hanc Marci & Lucae discrepantiam tendi potest. Prima sententia haec est: Foeminas duabus vicibus, nimirum ante sabbatum die veneris (Luc. XXIII, 56.) & finito sabbatho vespera dici saturni (Marc. XVI, 1.) quia die sabbathi in negotio profus conficiendo per sabbatum interueniens impedita fuissent, denuo in emendis aromatibus vnguentisque operam suam collocauisse. Facilis est haec conciliationis via, eaque plurimis tum antiquioribus tum recentioribus trita ex quibus appellare nunc tantummodo liceat *Io. Reinh. Rus* Harm. euangel. Lib. V. P. II. Sect. 3. subf. 1. c. 3. p. 1411. *Io. Ant. Strubberg* Lib. VI. Sect. X. §. 268. & Sect. XI. §. 269. *Io. Albrecht Bengelium in der richtigen Harmonie der Evangelisten* §. 266. p. 366. Altera est, qua ante sabbatum vespera diei veneris coemta tantummodo vnguenta fuisse credunt. *Theodor. Beza*, *Io. Piscator* ad h. l. *Hugo Grotius* in Annot. ad h. l. *Theod. Hackspan.* in not. p. 244. *Io. Christoph. Wolffius in Curis philolog. Marc. XVI, 1.* *Io. Jac. Rambach Betracht. über die Geschichte der Auferstehung Christi, hermon. Zusammenb. p. 1.* Non existimant citati autores finito sabbatho ullam in parandis demum aromatibus collocatam fuisse a mulieribus operam: at cum Marcus XVI, 1. contradicere illis videatur, verba eius hunc in modum vertunt. Exacto intercedente sabbatho ἡρώματα emerant h. e. habebant emta aromata (quae scilicet die veneris iam emerant) exhibentque valde mane. Sed repugnat naturalis construendi ratio, haec enim requirebat, ut diceretur ἡρώματα ἔσθ & ut deficeret καὶ sub initium versus 2. ut alia, quae impediunt hanc sententiam, taceamus. Super est ergo sententia tertia, cui & nos calculum adiciemus: vna vice, at vero post finitum sabbatum, circa vesperam die saturni parauisse foeminas vnguenta, quam sententiam *Lucas Brugensis*, *Io. Eugenhagen*, *Abraham Calouius*, *Io. Lightfoot*, *L. B. de Canstein*, *Eberhard David Hauber* suam



quæ vero vesperâ illa die saturni, quæ sabbathum more Iudæorum terminatum proxime excipit, sed ὁψέ σαββάτων, post sabbathum (Matth. XVIII, 1.) Μία δὲ σαββάτων d) primo die post sabbathum

suam fecerunt: cui & nos calculum nostrum adicimus. Neque enim duabus vicibus hoc factum esse asseri potest, cum Marcus vnam & Lucas vnam tantum aromatum præparationem enarret, neuter verò duplicem recenseat: nec fieri hic apparatus potuerit ante sabbathum, factus ergo est post sabbathum.

d) Variæ sunt de sensu verborum ὁψέ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσέσει εἰς μίαν σαββάτων sententiæ, quas prolixè expendere cancelli scriptionis huius, quibus coarctamur, vetant. Terminant per verba ὁψέ δὲ σαββάτων addito verbo ἦν finem v. 66. c. XXVII. & quidem tempus diei saturni, quo sigillum lapidi impressum & custodim sepulchro datam, describi existimant *Christ. Frider. Sinner* in disput. de distinctionibus textus N. T. Lips. 1694. edita. *Iac. Guffeus* in *Lexico Ebr.* p. 690. *Io. Henr. Maius* Fil. *Observat.* S. P. II. p. 59. At terminant ita cap. præced. 27. inchoant sequens c. 28. prorsus incongrue, sine vlla, quæ ad hæc cogat, necessitate. Alii ergo ὁψέ σαββάτων exponunt de vespera sabbathi, illa nempe, quæ sabbathum finitum sequitur, quam prima dies hebdomadis, solis dies nobis dicta, excipit. Hac ergo exiisse sceminas sibi persuadent egressione illa ad visitandum sepulchrum, quam *Matthæus* c. XXVIII, 1. recenset, & hæc prima parte vesperæ vel inchoata magis nocte, quæ terminum finiti sabbathi propius attingebat, contigisse credunt *Ludou. de Dieu, Casp. Sandhagen, L. B. de Canstein, Io. Reinb. Rus Harmon.* euang. T. III Vol 2. p. 1413. *I. Ant. Strubberg* *Harm. euang. manual.* Lib. 6. sect. XI. p. 360. Contra vero noctem magis consummatam seu partem illam, quam proxime ortus solis excipiebat, intelligunt *Bochartus in Hierozoico* p. 85. *Georgius Eliezer Edzardus* in notis ad ad Cap. I. *Berachoth.* p. 157. *Io. Christoph. Wolfius* in curis ad h. l. vertuntque verba ὁψέ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσέσει εἰς μίαν σαββάτων, Noctē illa, quæ sabbathum excipit, cuiusque lux diurna subsequens fuit lux primi diei hebdomadis. Sed 1) vereor vt hæc pars noctis, quæ proxime antecedit diem solis illucescentem, dicatur vespera sabbathi, cum secundum computationem Iudæorum sabbathum præterito die saturni hora 6. finitum prorsus fuerit. 2) Con-

struen-



batum (Luc. XXIV, 1.) σκοτίας ἔτι ἔσσης cum adhuc tenebrae essent interim tamen πρῶτ' (Ioh. XX, 1.) ὄρθρος βαθέως diluculo quidem valde Luc. XXI, 1. & quidem τῇ ἐπιφωσκήσει εἰς μίαν σαββάτων scilicet ἡμέρα, cum iam dies illucesceret ad primam sabbathi, exeunt feminae. Exeunt θεωρήσαι τὸν τάφον, vt spectent sepulcrum (Matth. XXVIII, 1.). Atqui vespera diei veneris satis iam spectauerant (Luc. XXIII, 55.) Exeunt ergo, vt visitent sepulcrum, portantes, quae parauerant aromata, (Luc. XXIII, 1.) vt venientes vngerent Iesum Marc. XVI, 1. Haec iam nobis occasio non suppetit, Christum aromatibus & opobalsamis condiendi: non iam ille mortuus & sepultus in tumulo delitescit, resurrexit ille & viuit. Illud ergo nostrum sit, vt Christum in membris suis vngamus, illis nempe, qui cum Christo per fidem & amorem coniuncti sunt, omne genus caritatis & beneficentiae exhibentes.

Exeunt

struendi ratio, vbi ὁψὲ h. l. cum genitiuo construitur, hunc sensum vix permittit, quamuis absolute positum reddi possit tum *vespere* tum *sero*, at cum genitiuo constructum, notat *post* ὁψὲ σαββάτων *post sabbatum*. Rectius igitur h. l. agere nobis videntur *Erasm.*, *Schmidius* in annot. ad N. T. *Hugo Grot.* in annot. h. l. (quem ipse *Calouius* in bibl. illustr. ad h. l. probat) *Io. Gerb.*, *Vossius* in *Harmon.* ad h. l. *Bernhardus Lamy* Comment. in Concord. Euang. Lib. 5. c. 28. *Lamb. Bos* Exercit. ad N. Test. p. 13. siue vocem σαββάτων de tota hebdomade (Luc. XVIII, 12.) siue de die sabbathi stricte (Matth. XII, 1. Marc. I, 21. II, 23. 27.) intelligamus. Probat vsu vocis ὁψὲ, vt notare possit, *post sabbatum*, locus *Plutarchi* in *Numa* ὁψὲ τῶν *post illa* & *Philostrati* ὁψὲ τῶν *post res troianas*. Verba vero τῇ ἐπιφωσκήσει sc. ἡμέρα εἰς μίαν σαββάτων exponuntur commodissime cum *Erasmio Schmidio* quem *Bernh. Lamy* l. c. *D. Euerh. David Hauber* *Gedanken und Anmerck. über die ersten und letzten Lebensgeschichte Iesu Christi XVII. St.* p. 102. und *Harm. Anmerck.* 2. *Anmerck.* p. 261. alique sequuntur. Conspirant hac ratione verba Matthaei ὁψὲ δὲ σαββάτων τῇ ἐπιφωσκήσει &c. profus cum illis, quae *Marcus* habet διαγενομένης δὲ σαββάτος, μίαν πρῶτ' τῇ μιᾷ σαββάτων, ἀνατείλαντος τῆ ἡλίου.



Exeunt e) vero simul mulieres illæ, quæ Christum Magistrum suum

e) Triplicem statuunt, ad minimum duplicem, mulierum ad sepulcrum Christi exitum historiæ resurrectionis illius conciliatores, quamvis illum sæpius adhuc iteratum velint *Hieronymus* ad Matth. XXVIII. & *Augustinus* ep. ad Hedibiam. Primum egressum *Casp. Sandhagen, Io. Reinb. Rus, Io. Ant. Strubberg* alique faciunt illum, quem *Matthæus* c. XXVIII, 1. Mariæ Magdalenæ & alteri Mariæ adscribit vide not. d) post hunc locant alterum exitum a *Marco, Luca & Iohanne* descriptum. Alii, vt *Io. Gerhardus, L. B. de Canstein*, (vid. *Nicol. Keppen* de apparitionibus Christi post resurrectionem, & *Salom. van Till* *Erklärung des Euang. Matth.* ad h. l.) post exitum secundo loco a *Matthæo* indicatum locant egressum quem *Lucas* c. XXIV, 1. recenset tertio vero loco egressum a *Marco* c. XVI, 1. enarratum. Alii contra reseruius cum *Calouio, Bernharde Lamy, Eberh. David Haubero* vnum eundemque egressum statuunt. Quærent fundamenta diuersitatis 1) in numero foeminarum, vbi *Matthæus* duas tantum, *Mariam Magdalenam & alteram Mariam, Alphæi* vel *Cleophæ* vxorem, *Iacobi* matrem: *Marcus* præterea *Salomen, Lucas* *Iohannam & alias* appellat, *Iohannes* solam *Mariam Magdalenam* allegat. Verum hæc diuersitatem egressionum non euicunt, cum omnes fere *Euangelistæ* eadem allegent, nec quod vnus vel alter hanc vel illam omiserit, illius præsentiam negauisse censendus sit. Quærent 2) in tempore egressionis, quod *Matthæus* designat, ὅψε δὲ σαββάτων τῆ ἐπιφωσκόνῃ εἰς ἡλὸν σαββάτων: *Marcus* valde mane orto iam sole, *Lucas* valde diluculo: *Iohannes* mane cum adhuc tenebræ essent. Sed hæc potius vnum eundemque egressum probant, cum designatio temporis, qua omnes *Euangelistæ* vtuntur, in primam matutini temporis partem indicandam conspiret. Conciliabuntur hæc eo facilius, si verbum ἔρχεσθαι ab *Euangelistis* adhibitum, modo de egressione ex ædibus, modo de aduentu ad tumulum exponatur. Quærent 3) fundamentum discrepantiæ in fine exitus. Hunc *Matthæus* θεωρεῖσθαι τὸν τάφον videre sepulcrum fuisse scribit: *Marcus & Lucas* constituunt vnctionem corporis Iesu Christi. Verum, quem generalis ratione *Matthæus* egressionis scopum designat, hunc specialius *Marcus & Lucas* exponunt. Quærent 4) fundamentum diuersæ egressionis ad sepulcrum statuendæ in diuersa angelorum, modo vnus, modo duorum, diuerso loco, diuersoque habitu conspicuum appar-



suum ex Galilæa Hierosolymam ad mortem ipsam & sepulcrum comitatæ fuerant (Luc. XXIV, 55.) Maria Magdalena, & altera Maria, vxor Alphæi vel Cleophæ Ioh. XIX, 25. quam Marcus (c. XVI, 1.) & Lucas (c. XXIV, 10.) Mariam Iacobi, nempe matrem (Marc. XV, 40.) appellant, & Salome (Marc. XVI, 1.) mater filiorum Zebedæi, Iacobi & Iohannis Matth. XXIX, 56. coll. Marc. XV, 40. & Ioanna vxor Chusæ Procuratoris Herodis (Luc. VIII, 3.) quam solus Lucas allegat, & plures aliæ (Luc. XXIV, 10.) Colamus & nos sanctam cum aliis fidelibus & Christum amantibus communionem mortuum illum & crucifixum immo resuscitatum quæsituri. Exeunt vero sancto fœdere omnes hæc confortatæ, non exclusæ in primo egressu Maria Magdalena. Iungunt enim hanc reliquis Matthæus (c. XXVIII, 1.) Marcus c. XVI, 1. & Lucas (c. XXIV, 10.) & quidem *summo diluculo* Luc. XXIV, 10.) *valde mane, cum illucescet ad primam post sabbatum*, vna cum reliquis ad sepulcrum properantem. Quare licet hanc solam exeuntem alleget Iohannes (c. XX, 1.) cum tamen eodem tempore, quo Marcus & Lucas illam cum reliquis egressam narrant, illam exiuisse significet, diuelli a reliquis comitibus nequit. Solam illam ergo appellat Iohannes, quia quam in sequentibus pluribus exponit, prima Iesu Christi viui apparitio, ad illam solam spectauit (Ioh. XX, 16. Marc. XVI, 9.). At dum ira ædibus suis egressæ ad tumulum Christi visitandum properant matronæ Christo deuotæ, surgit interea *summo mane* Marc. XVI, 9. Iesus Christus, proxime, vt omnino videtur, ante solis ortum. Sole enim oriente ad sepulcrum accedunt mulieres, vbi iam Christus

surre-  
311  
312  
313  
314  
315  
316  
317  
318  
319  
320  
321  
322  
323  
324  
325  
326  
327  
328  
329  
330  
331  
332  
333  
334  
335  
336  
337  
338  
339  
340  
341  
342  
343  
344  
345  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500  
501  
502  
503  
504  
505  
506  
507  
508  
509  
510  
511  
512  
513  
514  
515  
516  
517  
518  
519  
520  
521  
522  
523  
524  
525  
526  
527  
528  
529  
530  
531  
532  
533  
534  
535  
536  
537  
538  
539  
540  
541  
542  
543  
544  
545  
546  
547  
548  
549  
550  
551  
552  
553  
554  
555  
556  
557  
558  
559  
560  
561  
562  
563  
564  
565  
566  
567  
568  
569  
570  
571  
572  
573  
574  
575  
576  
577  
578  
579  
580  
581  
582  
583  
584  
585  
586  
587  
588  
589  
590  
591  
592  
593  
594  
595  
596  
597  
598  
599  
600  
601  
602  
603  
604  
605  
606  
607  
608  
609  
610  
611  
612  
613  
614  
615  
616  
617  
618  
619  
620  
621  
622  
623  
624  
625  
626  
627  
628  
629  
630  
631  
632  
633  
634  
635  
636  
637  
638  
639  
640  
641  
642  
643  
644  
645  
646  
647  
648  
649  
650  
651  
652  
653  
654  
655  
656  
657  
658  
659  
660  
661  
662  
663  
664  
665  
666  
667  
668  
669  
670  
671  
672  
673  
674  
675  
676  
677  
678  
679  
680  
681  
682  
683  
684  
685  
686  
687  
688  
689  
690  
691  
692  
693  
694  
695  
696  
697  
698  
699  
700  
701  
702  
703  
704  
705  
706  
707  
708  
709  
710  
711  
712  
713  
714  
715  
716  
717  
718  
719  
720  
721  
722  
723  
724  
725  
726  
727  
728  
729  
730  
731  
732  
733  
734  
735  
736  
737  
738  
739  
740  
741  
742  
743  
744  
745  
746  
747  
748  
749  
750  
751  
752  
753  
754  
755  
756  
757  
758  
759  
760  
761  
762  
763  
764  
765  
766  
767  
768  
769  
770  
771  
772  
773  
774  
775  
776  
777  
778  
779  
780  
781  
782  
783  
784  
785  
786  
787  
788  
789  
790  
791  
792  
793  
794  
795  
796  
797  
798  
799  
800  
801  
802  
803  
804  
805  
806  
807  
808  
809  
810  
811  
812  
813  
814  
815  
816  
817  
818  
819  
820  
821  
822  
823  
824  
825  
826  
827  
828  
829  
830  
831  
832  
833  
834  
835  
836  
837  
838  
839  
840  
841  
842  
843  
844  
845  
846  
847  
848  
849  
850  
851  
852  
853  
854  
855  
856  
857  
858  
859  
860  
861  
862  
863  
864  
865  
866  
867  
868  
869  
870  
871  
872  
873  
874  
875  
876  
877  
878  
879  
880  
881  
882  
883  
884  
885  
886  
887  
888  
889  
890  
891  
892  
893  
894  
895  
896  
897  
898  
899  
900  
901  
902  
903  
904  
905  
906  
907  
908  
909  
910  
911  
912  
913  
914  
915  
916  
917  
918  
919  
920  
921  
922  
923  
924  
925  
926  
927  
928  
929  
930  
931  
932  
933  
934  
935  
936  
937  
938  
939  
940  
941  
942  
943  
944  
945  
946  
947  
948  
949  
950  
951  
952  
953  
954  
955  
956  
957  
958  
959  
960  
961  
962  
963  
964  
965  
966  
967  
968  
969  
970  
971  
972  
973  
974  
975  
976  
977  
978  
979  
980  
981  
982  
983  
984  
985  
986  
987  
988  
989  
990  
991  
992  
993  
994  
995  
996  
997  
998  
999  
1000

partitione. Quærunť 5) fundamentum diuersi exitus in eo, quod mulieribus apud Matthæum a sepulchro reuertentibus, quarum eundem esse reditum, quem Marcus sinit, autumant, Christus occurrerit: illis vero apud Lucam cap. XXIV. redeuntibus obuius factus (per v. 10. & v. 11.) credi nequeat. Quærunť denique 6) fundamentum discrepantiæ in testimonio discipulorum emauticorum, qui ad relationem mulierum a sepulchro reuersarum prouocant, neque tamen de apparitione Christi mulieribus facta aliquid norunt. Sed hæc in sequentibus breuiter expediuntur.



surrexerat, nec terræ motus ab illis sentiebatur. Est de hac matutina resurrectione Marci Evangelistæ (c. XVI, 9.) breue licet testimonium, omni tamen attentione nostra fideque dignissimum: Ἀναστὰς δὲ πρῶτῃ σαββάτῳ ἐφάνη, surgens autem inquit, (Iesus) mane prima Sabbathi, apparuit &c. Osi & in cordibus nostris pulsa omni peccati mortisque caligine oriretur inter ipsa festi huius primordia sol iustitiæ Iesus Christus luce nobis perpetua fulgens. Comitatur Christi e sepulcro egressum ingens terræ motus (Matth. XXVIII, 2.) non vt ostium Christo prorumpenti panderet, illo enim auxilio non indigebat, qui clauēs tenet mortis & inferorum: sed vt resurrectionis miraculum eodem modo, quo mors Christi ad percurrendos hominum animos nobilitaretur. Oportandum esset, o ciues, vt & corda nostra ad præconium de morte & resurrectione Iesu Christi, salutari commotione animi percellerentur. Descendit inter ipsum terræ tremorem de cælo angelus domini, remouet a sepulchro lapidem, quo ingressus (Matth. XXVIII, 2.) illius impediebatur, vt piis sceminis Christi discipulis aditum panderet. Sedet in amoto lapide cælestis nuntius, vt terrorem custodibus incuteret, quo facto sepulchrum ingreditur. Appropinquant tumulo (Luc. XXIV, 1. Ioh. XX, 1.) egressæ sub dilucum, sole nunc exoriente (Marc. XVI, 2.) sceminæ, conspicuntque eminus, dum de remouendo lapide sollicitè cogitant, lapidem remotum. Monentur hoc facto omnes pii, id contingere sæpius prouida Dei cura, vt iam sublata sint ea omnia, quæ animum sollicitum anxiumque tenent, dum de onere tollendo anguntur conquerunturque. Subnascitur vero simul in animis matronarum suspicio ablati per furtum corporis Iesu Christi. Discedit ergo statim a comitibus reliquis hæc mente agitans Maria Magdalena f) (Ioh. XX, 2.) vt Petrum aliosque discipulos accer-

f) Conciliantur hac ratione difficultates, quæ egressum & reditum Mariæ Magdalene circumstant. Neque enim necesse est, vt cum Hieronymo episc. ad Hedibiam duas huius nominis sceminas: vnā cum sociis,



accerferet, re propius explorata, quid factu opus effet, consul-  
turos. Accedunt interea ad tumulum reliquæ mulieres: Intran-  
t non tantum septum, quo monumentum forte exterius commu-  
nitum, sed ipsum sepulcrum: inueniunt sepulcrum vacuum, vi-  
dentque in eo duos angelos (Luc. XXIV, 4. vnum ad locum ca-  
pitis, alterum ad locum pedum (Ioh. XX, 12.) quorum vnum  
Marcus c. XVI, 5. ad dextrum latus sepulcri locat. Appellat  
hos vero nomine angelos Iohannes & Matthæus: sistit vero eos-  
dem secundum speciem assumptam Lucas, dum viros vocat, & Mar-  
cus, dum loquentem angelum iuuenem dicit. Describit Mat-  
thæus angelum facie fulgarunte, veste niuea, Marcus & Iohannes  
vtrosque veste alba: Lucas veste fulgente: quæ quidem opti-  
me conspirant. Loquitur ex illis duobus ad matronas vnus.  
Neque enim, vt interloquendo alter alterius verba interrubar-  
ret, conueniebat. Sistit hunc loquentem Matthæus (c. XXVIII, 5.)  
sistit eundem Marcus (c. XVI, 6.) interim in pluribus numero lo-  
quentes exhibet angelos Lucas c. XXIV, 5. enallage scripturis  
satis vsitata g) (Matth. XXVII, 44.). Audiunt piæ scæminæ pri-  
mum

eiis, alteram solam egredientem fingamus. Nec noua est nostra sen-  
tentia, quippe quam iam proposuit *August.* Lib. 3. de Consens. Euang.  
c. 24. quem hic magno numero secuti sunt Harmoniæ resurrectionis  
conciliatores.

- 2) Multum diuexauit harmoniæ historiæ resurrectionis Christi concilia-  
tores apparens hæc inter Euangelistas discrepantia, qua Matthæus &  
& Marcus vnum angelum, Lucas vero duos allegat. Duas potis-  
simum vias inierunt interpretes, vt hanc pugnam, quæ ipsis videbatur,  
conciliarent. Nonnulli duos mulierum ad sepulcrum exitus duas-  
que angelorum apparitiones, quæ diuersis temporibus contigerint,  
primam apud Lucam, secundam apud Marcum statuerunt. Fauet  
huic sententiæ, quod hac via commodissime possit ostendi, qua ratio-  
ne fieri potuerit, vt redeuntes a sepulcro scæminæ, quibus tamen a-  
pud Matthæum c. XXVIII, 9. Christus ipse obuius factus dicitur, narra-  
re potuerint apud Lucam c. XXIV, 10. solam angelorum apparitio-  
nem, & qua ratione huius tantummodo solius mentio fieri potuerit  
a discipulis emauticis (Luc. XXIV, 23.) non commemorata ipsius  
Christi



num ex ore angeli euangelium: Iesus Nazareus crucifixus sur-  
rexit. Fugiunt ad lætissimum nuncium consternatæ sceminae.

Ea

Christi manifestatione: nimirum hæc a mulieribus post primam ap-  
paritionem, quam Lucas recenset, enarrata fuisse credunt, ubi reuer-  
tentibus Christus nondum manifestatus, quippe quæ manifestatio de-  
mum Math. XXVIII, 9. post alterum ad sepulcrum egressum, quem  
Marcus describat, contigerit. Non diffiteor, ad soluendum dubium,  
quod ex Luc. XXIV, 10. & 23. coll. Math. XXVIII, 9. enascitur, a-  
ptam esse prorsus sententiam de duplici egressione apud Lucam, & a-  
pud Marcum. Verum alia impediunt, quo minus huic sententia  
calculum adiciam. Pone enim prima vice apud Lucam exiisse fœ-  
minas, ibique duos angelos illis apparuisse, certe deprehenderunt hac  
vice apud Lucam lapidem a tumulo reuolutum: pone easdem fœ-  
minas post hunc apud Lucam sepulcri ingressum & priorem abeuntes,  
vnde quæso subnasci corum animis poterat scrupulus de remouendo  
lapide, quem remotum esse priore (Luc. XXIV, 1.) sepulcri visitatio-  
ne expertæ erant. Pone fœminas easdem ad vngendum corpus Chri-  
sti (Luc. XXIV, 1.) egressas: pone quod tum rescuerint, non adesse  
corpus Iesu Christi, non quærendum esse viuum inter mortuos (v. 5.)  
qua quæso mente & fronte reuerti poterant apud Marc. c. XVI, 1. ad  
vngendum corpus Christi. Illa vero quæ Marcus scripsit c. XVI, 1-5.  
componere velle cum illis, quæ Luc. XXIV, 1-4. leguntur, tum vero,  
filo historiz abrupto, apud Marcum & Lucam diuersas apparitiones  
diuersis temporibus factas asserere, repugnat prorsus descriptionis hi-  
storica indoli: vt taceam tantum interuallum inter tempus a Luca  
& Marco designatum vix sisti posse, vt in eo abitus & reditus & denuo  
ad sepulcrum factus egressus fœminarum mente concipi queat. Alii  
ergo, vt Euangelistas in numero angelorum dissentientes conciliarent,  
vnum eundemque apud Lucam & Marcum egressum fœminarum  
admittunt, diuersam vero apparitionem, quorum altera priorem im-  
mediate secuta, statuunt. Scilicet rem ita componunt, vt in primo  
accessu duos angelos e repentino adstitisse mulieribus extra sepulcri  
adyta secundum Lucam autem: tum vero ingressas fœminas vnum  
angelum eadem repetentem vidisse & audiuisse. Verum nec ista  
satis faciunt: 1) Nam duplex apparitio ad vnum eundemque exitum  
ad tumulum facta ad soluendum dubium, quod ex Luc. XXIV, 10. 23.

B 3

nescitur,



Ea enim est naturæ humanæ ex peccati sensu orta imbecillitas, ut & si quæ illis obtingant ab ipso Deo & ministris eius angelis manifestationes solatii plenissimæ, ut exempla scripturæ docent, contremiscat. Neque etiam tam facile admittitur solatium ex euangelio de resurrectione Iesu Christi hauriendum: donum Dei hoc est piis precibus impetrandum. Abeunt sceminæ hæc nunciaturæ apostolis & reliquis Christi discipulis. Interea ad sepulcrum properant Petrus & Iohannes: & post illos Maria Magdalena Ioh. XX, 3. 4. 5. dumque Christi corpus in tumulo non inueniunt Petrus & Iohannes, credit Iohannes Ioh. XX, 8. non quod Christus surrexerit, sed vera esse, quæ Maria Magdalena (Ioh. XX, 2.) de corpore per furtum ablato narrauerat b). Remanet Maria Magdalena ad sepulcrum Christi tumulo illacrumans: Dumque ita specum introspicit, vider duos angelos, qui vel

nequitur, & magni momenti est, prorsus nihil confert. 2) Sistentur mulieres apud Lucam c. XXIV, 3. sepulcrum ingressæ, atque ibi, non extra illud, adstitisse ipsis duos angelos, narratur. Falluntur ergo, qui duos angelos extra sepulcrum & vnum in sepulcro visum angelum existimant. 3) Siste tibi ad introitum sepulcri duos angelos mulieribus apparentes, illasque hoc viso prorsus perterrefactas: certe animus propius accedendi & denuo sepulcrum intrandi, cum audirent frustra quæri inter mortuos viuum Iesum Christum, supponi in sceminis nequit. Rectius ergo cum Calouio, Maldonato, Io. Alb. Bengelio aliisque, vna eademque apparitio apud Marcum & Lucam facta asseritur duorum angelorum, quos Lucas allegat, quorum vero ille a Marco & Matthæo adducitur, qui præconem egit & alterius nomine verba simul fecit.

b) Sequitur hanc expositionem ipse Augustinus: Ratio igitur nulla est, ut de mutanda lectione,  $\eta \epsilon \mu \lambda \epsilon \upsilon \sigma \epsilon \upsilon \epsilon \nu$  in  $\eta \epsilon \nu \epsilon \mu \lambda \epsilon \upsilon \sigma \epsilon \upsilon \epsilon \nu$  interpretes Ioh. XX, 8. cogitent. Neque enim lectio solius Cod. Cantabrigiæ h. l. rem conficit, cuius, propter male intellecta verba:  $\eta \epsilon \mu \lambda \epsilon \upsilon \sigma \epsilon \upsilon \epsilon \nu$ , ex ingenio emendata manifesta hic indicia adsunt. Nec Frid. Adolph. Lampii Comment. ad Ioh. XX, 8. sententia adoptanda, qui his verbis veram Iohannis fidem de resurrectione Iesu Christi illo statim tempore ortam describi existimat. Repugnat enim v. 9. seq. repugnat Luc. XXIV, 10. Marc. XVI, 11. 13.





vel præfente Petro & Iohanne difcefferant: vel, Deo ita dirigente, confpectum fui oculis eorum fubdlexerant. Contigit hæc apparitio foli Mariæ Magdalena ad fepulcrum remanenti, dum reliquæ mulieres difcefferant. Eft ergo ab illa, quam Matthæus, Marcus & etiam Lucas recenfer, numero & tempore omnino diuerfa. Retro verfa vultu Maria Magdalena vider ipfum Iefum rediuum adftantem: amplectitur illum, alloquio eius & doctrina prorfus confirmata. Et hæc *prima* eft Iefu Chrifti ad vitam reftituti manifefatio Marc. XVI, 12. Atque ita per gradus ad animorum de refurrectione Chrifti conuictionem efficiendam procedit, vt folet, diuina gratia: præparat hic primo animos per nuncios angelos: tum ipfe Chriftus apparet. Apparet Mariæ Magdalena lacrymis illum expetenti. O fi &, a quibus nondum agnitus viuus Chriftus, vera animi contritione, lacrymis & fufpiriis illum anhelarent, quærerentque, dubium non eft, quin virtutem refurrectionis illius fide vera percepturi, & quod viuat Chriftus (II Cor. XIII, 5.) intus etiam & in animo experturi fint. Abit etiam Maria Magdalena nuncium ex mandato Chrifti latura difcipulis, comites primi egressus fœminas, breui tempore ante reditum illius ad fepulcrum abeuntes, curfu velociffimo, quod *Maldonato* vifum, confectata, vel, quod ad conciliandum Ioh. XX, 18. apertius eße videtur, denuo egrediens illis iungenda. Quare & a Matthæo expreffo nomine cap. XXVIII, 1. coll. v. 9. inter illas, quibus in via Chriftus rediuuius occurrit, allegatur: quæ videtur optima ratio Matthæum & Iohannem conciliandi. Fuit hæc *fecunda* Iefu Chrifti manifefatio mulieribus in via facta, a Matthæo c. XXVIII, 9. enarrata. Difcedunt illo ipfo tempore cuftodes rem ftupendam ad fenatum Iudæorum delaturi, at pecunia ab eo corrupti, vt quæ vera eße cum ftupore cognouerant, per mendacium corruprent. Difcefferunt vero fœminæ nuncium allaturæ difcipulis, vt nonnullis harmoniæ huius interpretibus vifum, diuerfo agmine diuerfaque via. Vni agmini, cui iuncta denuo Maria Magdalena (Matth. XXVIII, 9. obuius factus rediuuius Iefus: alteri vero mulierum choro

non



non apparuit: vnde harum ad discipulos facta ratio non nisi visum angelorum narrare potuit. Relatione huiuscemodi audita Luc. XXIV, 13. exeunt Hierosolymis Emaunta profecturi duo discipuli *z*) e quibus alter Cleopas Luc. XXIV, 8. alter Petrus multis creditus. Prouocant discipuli hi emautici (Luc. XXIV, 22. 23.) ad narrationem mulierum tantummodo de apparitione angelorum, qui viuum Iesum Christum testati fuissent, nec vllam mentionem faciunt, quod & viuus Iesus mulieribus visus fuerit: enim forte illam relationem nondum audierant *k*). Manifestat se his discipulis sub forma viatoris Marc.

*z*) Intericiunt hoc loco *Io. Gerbardus, Casp. Sandhagen, Frid. Adolphus Lampe, Io. Anton. Strubberg* aliique, alium solius Petri ad sepulcrum egressum, soli Lucæ c. XXIV, 12. memoratum, diuersum ab illo, qui comite Iohanne Ioh. XX, 3. sqq. factus, Rationem, quod hunc egressum apud Lucam distinguant ab eo, quem Iohannes recenset, petunt ex eo, quod egressus apud Iohannem comite Iohanne & post relationem Mariæ Magdalena de lapide reuoluto Christi que corpore per furtum ablato, factus fuerit: hic vero, apud Lucam, ad relationem mulierum de apparitione angelica. Sed videtur Lucas cap. XXIV, 10. omnia simul complecti, cumque & Mariæ Magdalena v. 10. mentionem fecerit, nec reliqua, quæ in illo egressu Lucæ contigerunt, ab illis, quæ a Iohanne narrantur, discrepent, præterea autor itineris Petrus a Luca in primis possit esse indicatus, potest etiam vnus tantummodo egressus Petri, Lucæ & Iohanni memoratus, cum *Augustino, Clerico, Haubero* aliisque asseri. Nec præterea certum est, reuertenti tum temporis Petro visum esse Christum, cum & verba Luc. XXIV, 34. per interrogationem dicta accipi possint & manifestatio Petro facta I Corinth. XV, 5. illa esse possit, quæ emauticis discipulis facta: quorum alter Petrus multis Interpretibus fuit creditus.

*k*) Nascitur omnino dubium non lenis momenti ex eo, quod reuerse matronæ Luc. XXIV, 10. & 23. angelicam tantum apparitionem discipulis nunciauisse dicuntur, nulla ipsius Iesu ab illis visi mentione facta, cum tamen & Mariæ Magdalena Ioh. XX, 14. & aliis mulieribus a sepulcro redeuntibus Matth. XXVIII, 9. apparuerit. Plures dantur modi, quibus ad tollendum hoc dubium vti possit, At vero non



Marc. XVI, 12. 13. interpretatur illis in via veteris testamen-  
ti de morte & resurrectione Messiae oracula cœnaque cum  
illis habita se reuelat. Et hæc quarta, si Petro factam ex  
multorum sententia per (Luc. XXIV, 34. I Cor. XV, 5.) tertiam

C

feceris.

non omnes ex æquo satisfaciunt. Scilicet dici posset, 1) Mariam  
Magdalenam & reliquas mulieres visum tantummodo angelorum  
enarrauisse, Christi vero apparitionem reticuisse. Sed hæc contra  
expressum viui Christi mandatum Matth. XXVIII, 10. Ioh. XX, 17.  
commissa fuissent: nec indoli harum mulierum conuenit, vt hæc ab  
ipsis silentio fuissent inuoluta. Contra 2) supponi posset facilius,  
narratam per mulierum nuncium cognitamque fuisse discipulis ema-  
unticis, non tantum angelorum, sed & ipsius Christi apparitionem, at  
vero hos timore fuisse prohibitos, vt hæc ad ignotum hominem via-  
torem proloquerentur, ne falsa narratione in periculum capitis se ad-  
ducerent, cum & ipsi huic relationi fidem nondum adhiberent, sed  
deceptas forte phantasiæ lussibus foeminas crederent. 3) Tolle posset  
hoc dubium, si duplex foeminarum exitus reditusque statueretur: &  
hæc Iesu Christi viui apparitio in secundo reditu a sepulcro Matth.  
XXVIII, 9. Marc. XVI. narrato contigisse censeatur: illa vero, ad  
quam prouocant discipuli emauntici, mulierum relatio, ad primum  
earum a sepulcro reditum, Luc. XXIV, 10. memoratum, vbi illis  
nondum visus resuscitatus Christus, referatur. His addendus omni-  
no 4) solutionis modus, ille quem versatissimus in studio historiæ  
euangelicæ harmonicæ D. Eberh. David Hauber harmon. Anmerk-  
kung, über das Leben Iesu Christi Th. 6. Anmerk. 1. p. 248. præ reli-  
quis commendauit, quem nos etiam h. l. adoptauimus. Illud ta-  
men videtur dubiam adhuc reddere hanc conciliandi viam, quod a)  
omnes mulieres, quæ ad sepulcrum egressæ in antecedentibus com-  
memorantur, & quidem simul eæ, quibus Christus apud Matth. c. 28, 1.  
coll. v. 8. visus fuit, solius visi angelici nunciæ (Luc. XXIV, 10. II.  
coll. anteced.) exhibeantur. b) quod, dum ad hanc mulierum narratio-  
nem (Luc. XXIV, 13.) Cleopas prouocat, idem cum Alphæo patre Ia-  
cobi minoris Iosif & Iudæ, atque adeo maritus illius Mariæ, cui Chri-  
stus simul cum aliis in via apparuit Matth. 28, 1. 8. coll. Ioh. XIX, 25:  
hæc marito & ipsam Christi in via apparitionem nunciauisse omnino  
existimanda sit. Quibus ergo hic conciliandi modus adhuc impe-  
ditus videbitur, poterunt & illum sequi, quem n. 2. allegauimus. No-  
bis enim prolixioribus esse iam non licet.



feceris. Breuiter hanc indicat Marcus (c. XVI, 12. 13.) prolixius vero Lucas c. XXIV, 13-35. exponit. Sequitur hoc ordine *quinta* manifestatio, vespera diei solis congregatis discipulis facta: Recenset illam breuiter Marcus (cp. XVI, 14.) his verbis: Ὑστερον ἀνακειμένους ἀντοῖς τοῖς ἐνδεκα ἐφανερώθη κ. τ. λ. *Postremo recumbentibus illis undecim apparuit.* Dicit factum hoc esse ὕστερον. Nulla hic historiae euangelicæ pugna: siue enim veritas τὸ ὕστερον *postea*, scilicet post illa, quæ Marcus antea recensuit: siue veritas *postremo*, conspirant omnia. Fuit enim & hæc apparitio *postrema*, die scilicet illo resurrectionis, vespera diei huius facta Manifestationem hanc, quæ fuit prima congregatis discipulis facta, etsi diei resurrectionis vltima, describunt vberius Lucas (c. XXIV, 36. sqq.) & Iohannes (c. XX, 19-26) memorant amicissimi colloquii cum vobis pacis iniri summam, exhibitaque, a viuo Christo, ad sensus discipulorum restitutionis ad vitam re vera factæ documenta. Succedit *sexta* Iesu Christi apparitio (Ioh. XX.) ad confirmationem discipulorum & inprimis Thomæ increduli conuictionem instituta, singulari συγκοινωνία: viui Christi admiranda. Excipit hanc *septima* septem discipulis piscantibus ad lacum Tiberiados facta Ioh. XXI. Appellat illam Iohannes v. 14. tertiam, scribit enim: Τῆτο ἦδη τρίτον ἐφανερώθη ὁ Ἰησῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. *Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis.* Neque vero hæc simpliciter tertia, sed tertia inter illas, quæ apostolis pluribus factæ: tertia omnino cum cæna coniuncta. Sequitur *octaua* manifestatio vel secundum alios septima, facta in monte Galilææ omnibus apostolis (Matth. XXVIII, 16. 17.) immo quingentis discipulis I Corinth. XV, 6. Est hæc inter omnes manifestatio Christi resuscitati prorsus solennis, a Christo prædicta Matth. XVI, 32. ab angelo confirmata Marc. XVI, 7. a Christo resuscitato denuo promissa Matth. XXVIII, 10. institutione apostolatus & præconii euangelii nobilitata. Locat post hanc manifestationem Paulus apostolus (I Cor. XV, 7.) *nonam* apparitionem soli Iacobo, siue sic dicto maiori filio Zebedæi fratri Iohannis ab Herode interemto Act. XII, 2. siue minori filio Al-  
phæi,



phæi, auctori epistolæ factam. Sequitur denique manifestatio Christi viui vltima vel *decima* cum ascensione illius in cælos coniuncta. Nulla in manifestationibus his postremis, inde a quinta, inter euangelistas in recensendis illis discrepantia. Poterant ergo hæc a nobis prætermitti: interim adiecimus illas, vt historiæ suus ordo suæque constaret integritas.

Haberis nunc, *amicissimi Ciues*, difficilia & pugnantia in speciem, quæ harmoniam historiæ resurrectionis Iesu Christi circumstant, breuiter euoluta. Neque enim præsentis instituti ratio plura permittit. Absit igitur a nobis, vt Euangelistas in simulemus, ac si contraria, & quæ se mutuo tollant, perhibuissent, prætextum denegatæ euangelio de resurrectione Iesu Christi fidei in falsâ eorum accusatione quærentes. Nostrum potius est, vt bonitatem sapientiamque Dei deuota mente agnoscamus & prædicemus, qua quippe motus non tantum diuersi generis reftibus, angelis, ipso Christo qui resurrexit, hominibus & inter illos etiam custodibus, quorum fidei hostes ipsi rem omnem concrediderant, ad perhibendum de Christi resurrectione testimonium vsus est: verum etiam per quatuor viros Euangelistas, ex parte *αυτόπτας*, testimonium omnino conforme, enunciatum perscriptumque ad nostra vsque tempora conseruauit. Neque vero existimemus, satis fecisse nos officio fidei, si remoti a profana mente, quæ in fabulas verteret resurrectionem Christi, historiæ euangelicæ fidem habeamus: vt & illi scripturæ testimonio, quod finem fructumque resurrectionis Christi reuelat, ex animo assentiamur, nostrum est. Credamus ergo etiam Paulo apostolo perhibenti: *Si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: estis adhuc in peccatis vestris. I Cor. XV, 17.* Neque vero & hæc nosse, hæc vera iudicare: *Christum traditum esse pro peccatis nostris, & propter iustitiam nostram resuscitatum. Rom. IV, 25.* sufficit: verum mors & resurrectio Christi ita amplectenda, vt per diuinæ gratiæ operationem voluntatis nostræ nifus subsistat in morte & resurrectione Christi, tanquam mediis ad remissionem peccatorum illiusque obfignationem



tionem nobiscum vniendis. Neque vero hoc fieri potest, si-  
ne sensu peccati, impotentiae nostrae, mortisque spiritualis.  
Quaeramus ergo, quotquot illud adhuc negleximus, in ordine  
verae poenitentiae & conuersionis, mortuum resuscitatumque  
Christum: amplectamur hunc omni animi fiducia, expiatorem  
perfectissimum, Deum & hominem: utamur illius gratia, qua  
restitutus ad vitam & Deus & homo efficere potest in animis  
nostris & velle & perficere. Phil. III, 13. Surgamus cum Chri-  
sto: quaeramus caelestia (Col. III, 1.) seruiamus Christo, quot-  
quot illum dominum & resuscitatum confitemur (Rom. X, 10.  
cap. XIV, 9. Absint a nobis iurgia, commestationes, compo-  
tationes, & omnia profanitatis & vanitatis exercitia, his vel ma-  
xime diebus, qui resurrectionis Christi memoriae consecrati  
sunt. Viuamus, o *Ciues*, o *nostri*, non nobis, sed illi, qui pro  
nobis mortuus & in bonum nostrum resuscitatus est II Cor. V, 15.  
vt & mortui & in resurrectione iustorum ad vitam restituti  
cum illo gaudeamus, aeternumque triumphemus. P. P.

Pridie Festi Paschatos c1o I o c c x x x v i i.



ad 14.



01 A 6501

ULB Halle  
002 927 330

3




sh


12











ACADEMIAE FRIDERICIANAE  
PRO-RECTOR  
**D. FRIDERICVS WIDEBURG**  
ELOQVENTIAE ANTIQVITATVM ET PHILO-  
SOPHIAE PROF. PVBL. ORDIN.

VNA CVM  
DIRECTORE CANCELLARIO  
ET

SENATV ACADEMICO OMNI  
**FESTVM PASCHATOS**

A. R. S. c1010ccxxxvii. D. II. APRILIS  
OMNI RELIGIONE CELEBRANDVM

INDICIT  
PRAEMISSA COMMENTATIONE  
QVA  
PVGNANTIA IN SPECIEM QVAE HARMO-  
NIAM HISTORIAE RESVRRECTIONIS IESV  
CHRISTI CIRCVMSTANT  
BREVITER EXPEDIVNTVR



HALAE MAGDEBVRGICAE  
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII.